

## P R Æ F A T I O

fit CAPUT, quod FUNDAMENTUM, quod ab om-  
nibus Dei filiis teneri oporteat? Et hic tamen  
 etiam illud certum est; Caput & fundamen-  
 tum ECCLESIAE, CHRISTUM esse: certum est  
 fundamentum ac principium DOCTRINAE es-  
 se SCRIPTURAS propheticas & apostolicas eas o-  
 mnes, de quibus non constat à piis unquam  
 in Ecclesiâ Christianâ dubitatum esse. Cer-  
 tum est denique fundamentum & principi-  
 um seu initium sapientiae & praxeos, ex quo com-  
 munionem & retentionem dicti capitis ac  
 fundamenti intus in homine sperari liceat,  
 esse TIMOREM DOMINI: & fidem consequen-  
 ter, ac notitiam aliquam talem, sine quâ ti-  
mor domini, & quæ in illo continetur fames  
ac sitis misericordiae & justitiæ esse nequeat.

15. Sic etiam certum est, scripturas esse  
fundamentum & principium primum, tum  
instar fontis & CAUSÆ, ex quâ multa alia flu-  
unt, quæ disertè & expressè in scripturis non  
leguntur, sed faciliè aliqua, sive ab omnibus  
extra controversiam, sive à plerisque; aliqua  
difficiliùs, à paucioribus; aliqua à paucissimis  
peritioribus & illuminatoribus colligun-  
tur & intelliguntur: tum etiam instar  
PARTIS primæ ac præcipuæ, quod ad illa dogma-  
 ta, quæ ab omnibus in scripturis extra con-  
 troversiam leguntur aut intelliguntur, aut  
 legi & intelligi facillimè omnino possunt:  
 quorum etiam alia magis, alia minùs neces-  
 saria esse constat; quæ timoris deinceps &

fund.  
ecclesiæ  
& Chri-  
stus,

doctri-  
næ,  
scri-  
ptura,

cõmu-  
nionis  
intus,  
timor.

Scri-  
ptura,  
ut fõs  
præci-  
puus,

ut pars  
præci-  
pua,  
quod  
ad do-  
gmata  
indu-  
bitabi-  
lia.

\*\* 2

pra-